

epitomator hoc loco ut alibi Nostrum exseribit (Ed. Bonn. T. 1, p. 724, 10), Persarmeniam non omittens. E seculo XIII legendi Nicetas Acóminatus in Jo. Comneno (Opp. ed. Bonn. p. 25, 27, ubi urbs Castamo memoratur), Ephraemius (Nicetam exseribens) in Caesaribus vv. 3865—3867 ed. Bonn.

Epimetrum tertium.

De Climatibus Chersonesi Tauricae.

Ad locum Theophanis p. 510, 6: Ἐν Χερσῶνι καὶ τοῖς Κλίμασιν. Ἐν Χερσωνικοῖς κλίμασιν vulg.; apud Chersonam *et alai climata* Anast. H. Misc.; ἐν Χερσῶνι simpliciter epitomator Cedrenus. Vulgata suspecta videtur cum ob formam insolitam Χερσωνικοῖς, quam nec Cedr. agnoscit, tum ob Anastasium cum H. Misc., quos hoc quoque loco pleniore Theophane usos video. Erat igitur, cum legem: ἐν τοῖς Χερσωνιτικοῖς κλ., coll. Const. Porphyr. de adm. cap. 53 (Opp. ed. Bonn. T. 3, p. 269, 270); vel potius: ἐν Χερσῶνι καὶ τοῖς λοιποῖς κλίμασιν, suadente praeter Anastasium alio Theophanis loco plane parili p. 578, 5, ed. Bonn.: ὑπὸ τε Χερσωνιτῶν καὶ Βοσφοριανῶν (I. Βοσπ.) καὶ τῶν λοιπῶν κλιμάτων, quod etiam Anastasius agnoscit. Quocum conferatur Const. Porph. l. c. cap. 37 (p. 166): Πρὸς τε Οὐζίαν καὶ Χαζαρίαν καὶ Ἀλανίαν καὶ τὴν Χερσῶνα καὶ τὰ λοιπὰ κλίματα. Aliud tamen suadere videtur codex Theophanis Monacensis: ἐν Χέρσω (sic, sequente macula et rasura) τοῖς κλήμασιν (sic, per itacismum, pro κλίμ., coll. Theophane p. 468, 17, ubi κλήμα pro κλίμα codd. a. f.; quibus addendus Anonymi Hasiani locus paulo post citandus). Librarius, imo emendator quidam codicis Monacensis, cuius vestigia aliquammulta vidi, genuinam lectionem, cum raderet, non intellexisse videtur, quam hanc revera fuisse statuerim: ἐν Χερσῶ[νι καὶ] τοῖς κλίμασιν, immo Κλίμασιν, coll. seqq. Idemque in suis habuit Anastasius cum H. Misc., alia addens interpretandi causa, non adversante genio linguae Graecae; quanquam hoc ipsum in altero Theophanis loco, consentiente Anastasio, revera exprimitur. Verum Anastasii s. interpretamento s. additamento non opus esse video, coll. Const. Porph. l. c. cap. 1 (p. 68): Ὅτι γειτνιάζει τὸ τοιοῦτον ἔθνος τῶν Πατζινακιδῶν τῷ μέρει τῆς Χερσῶνος, καὶ εἰ μὴ φιλίως ἔχουσι πρὸς ἡμᾶς, δύνανται κατὰ τῆς Χερσῶνος ἐξέρχεσθαι καὶ κούρσεύειν καὶ ληΐζεσθαι αὐτὴν τε τὴν Χερσῶνα καὶ τὰ λεγόμενα κλήματα (I. Κλί-